

honore vestro , Sancti Martyres , seu & ad vos fratum
 dominorum meorum id est , Eglesiam que vocatur Sancte
 Marie in valle nuncupato Ratari cum suis utilitatibus ac
 dextris cultis & incultis per terminis suis hic adnotatis ,
 id est , de parte oriente carrera , que discurrit de Villa
 Peratei ad Villa de Egas , & usque in alia carrera à parte Seb-
 tendrione de Zeja ad Villa de Motarraf . & à parte Occiden-
 tali termini de Villa Justa , unde plubia invertitur ad ipsa
 Ecclesia & per termino de Villa Revelli & per termino de
 Villa Motarraf usque in parte meridie quos sunt termini &
 Offa , & termini de Abde lava , & termini de Fafilani , & affi-
 gitur in carrera prius jam dicta de Villa Perazes ad Villa de
 Egas . Omnia que infra hos terminos , que ab ipsa Ecclesia
 construuntur , ab omni integritate cesso & regressu , multis
 vero omnibus hominibus non jacet & quod habui illa emp-
 ta de Salomona in propriis rebus meis absque alicujus partis
 heredum . Sic enim ab omni integritate ipsa Ecclesia per hos
 terminos circumscripta sane perhie niter & indubitanter que in
 hunc locum ad Sanctos Dei & Martyres trado & concedo
 perpetim habituram fratribus his ibidem vitam dejentes seu
 etiam succendentibus , qui sub regula sancta advenerint con-
 versando . Quod si quisquam de heredum proximorum vel
 cuiuspiam assertionis qualibet persona vivens in Seloe , ut
 hanc meam voluerit convellere in aliquo devotionem , aut
 hujus mei decreti testamenti ab eodem loco disruptor , alien-
 ator vel in quaquamque fraude presuratus fuerit , sit anthe-
 ma in conspectu Dei Patris omnipotentis & Sanctorum ejus ;
 sit etiam in conspectu Sancti Spiritus & Martyrum Xpti . re-
 petita anathema maranata , id est „ dupliciti perditione damp-
 natus , & ut de hoc saeculo sicut Datian & Aviron vivos con-
 tinuo absorveatur yatu , & tartareas penas cum Juda Domini
 proditore perenni perferat cruciatu in eterna dampnatio-
 ne , & pro damna temporale inferat duplicatum quantum ab
 hinc defraudaverit , vel etiam regia parti auri libras quin-
 quies binas stante & permanente hanc Scriptura utilitatis tes-
 tamenti . Facta Karta XVII . Kl . Marcias Era M .^o regente mo-
 deste sceptra paterna Dominus noster semper pius . Sanctius

gloriosus, cui vita sit comes in Deo. Amen. Ego exiguus & iutilis Gundisalvus Eps. servus Domini servorum coram multis hominum adclinis & suplex homo postratus hanc Scriptura testamenti of. & manu propria sigila ista. ✕ impresi, & alterutrum trado ad roborandum Sanctis Dei quamvis parva munuscula. Accipite & pro me indigno orare ne pigeatis. Adjubandus Abba in Elixonza of. ✕ Julianus Abba in Scō. Juliano of. ✕ Cixila Abba in Matapiana of. ✕ Ranoindus Abba in Celariolo of. ✕ Julianus Abba in Scō. Micahel of. ✕ Todestus Abba in Scō. Cosme & D.^o of. Vindemius Abba of. ✕ Remellus Abba of. ✕ in Algarief, Albinus Abba in Valdevimer of. ✕ Sisevutus Abba in Valde puplos of. Vigila Abbas in Scō. Romano of. Allaytre Prbr. de Zamora of. Munnionis Virimundi of. Betrulfus Prbr. of. Hanni Prbr. of. Gaudentius Prb. & Confesor of. Sexius Prbr. of. ✕ Abolhaxa Prbr. of. Godestus Prb. of. ✕ Abim Prbr. of. Dulquitus Prbr. of. ✕ Ravelli Prbr. of. Felix Prbr. of. Lazarus Prbr. of. Valerius Prbr. of & N.^o ✕ Atarius Prbr. of. Kazzēm Prbr. of. ✕ Fredenandus Diaconus & Primiderus of. Alvarus Dens. conf. ✕ Ajub Dens. of. ✕ Felix Dens. of. ✕ Jaquintus Prbr. of. Floter Dens. of. Savaricus Dens. of. December Dens. of. Stephanus Dens. of. Virmundus Diaconus of. Felix Dens. frater munmoni cf. ✕ Alvitus Dens. of. ✕ Sunila Dens. of. Ranimirus Prolix Garseani Pampilonie of. Nunnus Sarraceni of. ✕ Furtunius Garseani. ✕ Piniolus Gundemariz ✕ Beliscus Belisci Pampilonie prolex. Velascus Furtuni. Nunnus Mireliz. ✕ Lopus Garseani. Abolazzem Piloti. Alvarus Lupi. Dominus Gundialis Gundesalvus Nunniz. Somna Pinioliz. Hordonius Somnani. ✕ Froyla Vigilaz qui & Maiordomus. Garsea Azzenliz qui & M!^o ✕ Furtunius Garseani of. ✕ Monius Garseani rb. Ennecus Garseani rb. ✕ Serenissimus Princeps Sanctius of. ✕ Gilvira Religiosa of. ✕ Tarasia Regina of. ✕

XIX.

**Testamentum ejusdem Gundisalvi, quo in honorem
SS. Martyrum Facundi & Primitivi tradit Sei-
rico Abbatii, & suo Monasterio Villam in
Rego hoc est Rivulo de Giniganate.**

Anno 967.

IN nomine Patris & individue Sancte Trinitatis. Ego ex-
gius servus servorum Dei Gundisalus Episcopus vobis
Dominis invictissimis ac triumphatoribus Sanctis Martyribus
gloriosis Sanctorum Facundi & Primitivi seu Domino Seiri-
co Abba vel omni Collegio fratrum. Hec est Cartulam tes-
tamenti quem facere volui, & eligendo cognovi, ut pro re-
medio anime mee concederem vobis iam suprataxati Dom-
inis & glorioissimis Patronis villam, quam habuit in Rego
quem vocitant Giniganate secus Villam Muzaven Hanni que
fuit de Hazen & suos Germanos seu & consoprinis, & de-
derunt mihi illa propter remedium anime sue, ut serviat in
elemosinis pauperum & in stipendium monachorum, & ita
& a Domino factum est, eveni nobis casu transitus moriendi
& a Deo migrandi, traditum est vobis atque concessum ter-
ris aqueductis atque pomiferis seu ortis cum arbusculis suis
vobis confirmatum est. Et si quis sane, quod fiet minime cre-
do, aliquis homo contra hanc Kartulam testamenti ad irum-
pendum venerit, in primis suis ad fronte careat lucernis &
postmodum Juda proditore in eterna damnatione lugeat pe-
nis & a parte Regis patiat auri talentum. Facta Cartulam
testamenti notum die X. Klds. Janrs. Era M. V. Nos qui-
dem, ego Ranosindus Abba, Lazarus Prbr. Dulquitus Prbtr.
qui Vicarii Domino nostro sumus manus nostras coram tes-
tibus roboramus. Dulquitus Prbr. hic presens of. **+** Laza-
Tom. XXXIV.

rus. Prbr. of. **+** Scemeno Prbr. **+** Didaco of. Kantea of. Gundisalvo of. Adjuvandus Abba of. **+** Aldericus Abba of. Julianus Abba. Vindemius Abba. Cixila Abba. Ermegildus Abba. Mossen Abba. Servaldus Abba. Rebelli Prbr. **+** Felici Prbr. **+** Gundisalvus Diaconus. Felici Dns. Savaricus Dns. Alvaro Dns. Monio Prbr. Rapinate Prbr. of. **+**

XX.

*Gelvira Regina coacto Concilio in Legionensi urbe
supprimit Sedem Episcopalem ab Alphonso IV.
apud Septimancam constitutam.*

Anno 974.

Otro instrumento en el tomo 16 pag. 443. Ve aquí pag. 283.
Postquam hæc cuncta patrata & firmata manerent per saecula prolixiora, & annorum felicitate vivide existerent roborata atque digesta; Reges plures intercederunt, qui succeserunt in scepta Regni, quo utebantur interpolata aliquantis per in scismate: conlisa: de hac Domini aulam vel regiam edem & sedem, quam Rex Serenissimus Ordoniūs cum cetu fidelium edificavit, & in nomine genitricis & Virginis Domini cuncta obtulit, urbes, oppida, vel pretoria mancipavit, subver..... Domini in stipendia morum, & corporum in alimonia contulit: unde filius ejus Rex Adefonsus post discessum ejus Civitatem Septimancam audacter abrogavit, & Episcopum in ipsa urbe contra instituta majoris, & canonica censura subrogavit, quoniam ut ibi insertum est inter plura, ut in una Cathedra duo Episcopi nullatenus ordinentur, & ab uno Episcopo duæ non obtineantur. Istam vero memoratam urbem Septimancam nusquam reperitur in Chronicas vetustas. Cathedram manere præcipuam. Modo denique decurrenti, vel fidelium catholice vita vigenti Era M. XII. autrix beatificata, & nitore virgineo præfulgida, atque mente & spiritu, desiderioque Deo vivo & vero unita Gelvira

in sanctam conversationem & regularem religionem firmo-
gressu properanti, & omnibus sociabus ejus in exemplum
properantium ducatrix, ad normam priorum Patrum pro-
vehentem, propter vite meritum, & exuberantem pietate-
tem, quæ inter omnes virtutes in ea principatum tenet. Sive
quod defuere omnes Reges Ius imperiali tenentes, quos mors
omnium vorax abscessit, sola hæc & electa à Domino re-
mansit ex gehimine ipsorum Regum orta filiam Regis Sere-
nissimi Ranimiri, qui & ipse Princeps filius extitit Principis
hujus auctoris testamenti; quæ & ipsa cum unico parvulo, &
suprino, quem fidelis concilius unguine regalis delibutus in
Dominum & Principem elegerunt exigente merito matris &
creatricis ipsius Principis memoratae Dominae Gelvire, posuit
Dominus cunctis finibus eorum pacem, & gladius non tran-
siit terminos eorum: sit illius nomen benedictum, per quem
omnia facta sunt, qui est conditor rerum & Dñs. Angelo-
rum. Cumque omnis populus daret gloriam de unitatem fidei,
& vicariam & fixam recuperationem, cepere omnes, & vi-
deres cunctos indaginem propriam & veridicam timare quæ-
que sunt unicuique necesaria. Omnes Pontifices, omnes Mag-
nati fidei catholicae vel cunctus promiscuus populus adve-
nere, & in concilio regis, & reginae alli questus proprios ex-
ponentes, nonnulli ovantes Deo, & unito concilio grates
persolventes, & in laudem Principis & Reginae voces eden-
tes, & patule reboantes; Gloria in altissimis Deo, & in ter-
ra pax, qui fecit nostrum utraque unum, id est ordo Prin-
cipum, & subjectorum, & istam quam dicimus ex sexu femi-
neo regnare non ambitione corrupta, sed necessitas eam fecit
ejulantium voces, atque conquerentium, ut sublimaretur,
& vox ejus audiretur; qui sciret animabus plusquam corpo-
ribus principali: & quoniam scriptum est, quia non est dis-
cretio apud Dominum diversorum sexum virorum ac semiq-
natum, sed qui recte credit, & recte agit, sine dubio vir
muncupatur, & homo justus omnia iudicat, ipse autem à ne-
mine iudicatur. Igitur in ipsa Regia urbe Legione, de qua
Dux ista reperta legitur, & Deo annuente reintegrate, &
restaurare Domina nostra Regina, qui heres est cum filio, &

Regi decedentium regum priorum sibi socio adclamatum est ab omni concilio, ut cuncta huic urbi principali subderentur, & hunc testamentum sicut pridem stabiliretur, & per manu Sacerdotis Sisinandi Episcopi litatio prima repararetur, & contineretur; quem ipsum Pontificem propter vitæ meritum, & profiguam sapientiam in ipsam urbem elegerunt, & manui ejus ipsam Septimancam cum cunctas Ecclesias provinciales sibi mancipaverunt, & servientes sibi decreverunt.

Omnes Episcopi, omnes qui in laudem Dei sub leni iugō Dominæ nostræ, & Reginæ Gelviraæ & filii ejus Ranimiri Principis collum cordis & corporis subposuerunt, exclamaverunt, & auditam fecerunt voce magna, & ab omnibus dictum est, ut si quis in subsequentibus temporibus, tam regia majestas, quam Pontificum potestas, hanc dotem convellere, quam quæ in ea scripta sunt distrahere aut immutare voluerit, superior maledictione multetur, & feriatur; sit in damnatione tamdiu quandiu fuerit perseverans in transgressione. Non sit in recordatione, sed conteratur quasi lignum infructuosum, ad nimium calorem transeat ab aquis nivium, & usque ad inferos peccatum illius. Maledicta sit pars ejus in terra, nec ambulet per viam vinearum. Illato illi temporali damno restituat defensori, & petitori hujus Ecclesiæ in quadruplum, & acriorum excipiat centenarium flagellum.

Ego Gelvira Domini mei conditoris famulatui deserviens, annuens & favens ad electionem sancti concilii do adsensu, & animo gratuito cum agmen fidelium simul in unum confirmo datio & litatio avii mei, & in nomine Domini mei genitricis cuncta permanere decreno.

Ranimirus Rex & votum & holocaustum avii mei, & prioris auctoris ultroneo desiderio confirmo.

Ego indignus & merito ultimus apostolicæ cathedræ & sedis Iriense Rudesindus Episcopus commissus cum omnes collegas & coepiscopos simul tractavimus, & simul Deo gloriam dedimus, & tanquam recidivam hanc Legionensis Ecclesiam cum conniventia concilii & ad nutu Dominæ nos-

træ memoratæ Reginæ rem proprie ipsius indecenter ever-sam ad jus proprium reduximus, & permanere Deo factore totis nixibus sanximus, & ab his, qui vota atque donaria aliena sacrilege, & audacter disruptum se Jungi, quam adhereri satius præmuniti vitam nostram ad interitu instabili gressu, & mentis fidei pede retraximus.

Sub divino auxilio Joannes Zamorensis Sedis Eps. conf.

Sub Christi nomine Gundisalvus Astoricense Sedis Eps. cf.

Sub Christi potentia Salvatus Salamanticense sedis Eps. cf.

Fortis Adefonsi cf.

Froila Presbyter cf.

Sabaricus Dcñs. cf.

Ieremias Menendiz

Gundisalvus Vermudiz

Froila Dñcs. Adilani portitoris regis Epi.

Xemenus Prbr.

Salomon Prbr.

Iustus Dcñs.

Froila Vigilani cf.

Nunus Mirelli cf.

Fredenandus Bermudí cf.

Ovecco Guterriz cf.

Osorius Didaz cf.

Fredenandus Ruderici cf.

Petrus Abba confessor regenti sciterio antealtarios.

Veremundus prolis Ordonii

Tellus Mirelli

Nunus Sarraceni

Sunila Prbr.

Lubila Dcñs.

Xixila Dcñs.

Adefonsus Dcñs.

Adefonsus Dcñs.

Fonsinus Dcñs.

Cesarius Prbr.

PETRUS DCÑS. ORDONII R. SCR.

XXI.

*Ranimirus III. Legionensi Ecclesiæ Sanctæ Mariæ
& Episcopo Sisinando quasdam villas tra-
dit possidendas.*

Anno 981. ut probatum est pag. 292.

SUB imperio opificis rerum qui cuncta ex nihilo visibilia & invisibilia creavit , qui sole condidit , & in tempore sub sole ortus est , cui omnia facta esse videntur , qui est unus & verus Deus in Trinitate permanens , mundi Rector Omnipotens Dominus ipsi namque honor , gloria , virtus & imperium in sæcula sæculorum Amen. Sub ipsius divinitatis auxilio Ego exiguis & famulus Dei Ranimirus nutu divino Princeps , necnon & Sanctiæ Reginæ Dominæ & gloriosæ Sanctæ Mariæ Virginis almæ seu & Pontifice nostro Domino Sisinando Dei gratia Episcopo in Domino Dei Filio simulque cum Sancto Spiritu laus & imperium , qui peccatoribus sine operibus justificat , sempiternam salutem Amen. Annuit namque hujus serenitati regni gloriæ nostræ , seu propter operum criminum , & ob desiderio beatissimum paradisum , necnon & propter quam in cuncta exhibeatis nobis optimum & fidelissimum exhibitum , ut faceremus vobis hunc textum scripturæ donationis in testamenti de villas qui sunt in ripa alvei Zeja , quas fuerunt de sequentissimo nostro Furtunius Garseani , nuncupatas *Valdefontes* , *Gordoncello* , *Gordariza* , & *Mazules* , cum suis prestationibus , sive & etiam cum hominibus qui ibi habitant , vel ad habitandum venerint , ut obsequium , quod nobis habebant , reddere post partem Ecclesiæ Dei & vestræ persolvant , & pro sustentatione Monachorum , Fratrum , Sororum , vel cuicunque vestra instituerit voluntas , vel ubi eas donaveris , vel relinquieris , jure quieto perenniter possideant.

deant. Adjicimus etiam vobis & Ecclesiæ Dei Villa in Vertido nuncupata Soliana, quæ fuit de Abnazar, & dedit eam genitor noster divæ memoriarum ad Asiulfo Furtuni, & fratre ejus Garsea, & caruit ea gener suus propter suam infidentiam, eo quod non acquieavit in nostro exibitio, sed factus est nosster infidelis. Garsea vero obiit absque liberis. Est namque ipsa villa subtus Castro ventosa super ribulo qui vocitant Eva. Damus vobis ab integritate cum cunctis adjacentiis suis vel apendiis suis quantecumque ad earum villa pertinet, ita ut dumtaxat quod jam meminimus, sint omnia Ecclesiæ post partem, vel cui eam relinquenter contextatum vel confirmatum jure perenni habendi, tenendi, atque possidendi nulla sub rogita personæ dubitandi. Si quis tamen quod fieri minime credo, hunc factum nostrum aliquis homo ad inrumpendum venerit, aut dimutilare vel infringere præsumpserit, in primis vivens, suis amborum à fronte careat lucernis, ignibusque ultricibus cremetur cum opibus suis, atque in diem examinis cum tartareis lugeat poenis, & cum Iuda Christi proditore permaneat in picea gehenna perenniter cruciaturum, & insuper pariet vobis vel pars Regia auri talenta II. & vobis perpetuum habiturum. Notum die XVIII. Kals. Februarii Era XVII. post millesima; regnante in Regna paterna annis & imperii terquini Sedis Legionne solium Ovetense Ranimirus Rex in hac Scriptura testamenti vel donationis quam fieri elegi, & coram Synodus manu propria hunc signum indidi. Garsia Regina & Christi ancilla conf. Sancia Regina conf. Sub Christi nomine Joannes Dei gratia Episcopus conf. In Dei nomine Gundisalvus nutu Divino Episcopus. In nomine Domini Beremundus nutu divino Episcopus conf. Joannes Abba conf. Areicus Presbyter & Primicerius. Froila Vigilani. Gutier Osori. Nepotianus Didaz. Ovecus Guterriz. Ruderigus Fredenandiz. Ovecus Purieli.

XXII.

*Donatio Veremundi II. in honorem Virginis Ma-
riæ pro Ecclesia Legionensi & Episcopo Sa-
varico, cæterisque Monachis ibidem
Deum colentibus.*

Anno 984.

SUB imperio opificis rerum, qui cuncta ex nihilo crea-
vit, & omnia ordinata disposuit.....Ego Beremundus Rex
vobis Sanctissimis & gloriiosis ac post nobis fortissimis Pa-
tronis nostri beatæ almæ Virginis Mariæ, cuius Sedis fun-
data est urbis Legionense Sedis, seu & Domno Pater Sa-
barigus Eps. cum omnium Monachorum ibi vitam degentes
in Domino vobis perpetuam salutem. Annuit namque sereni-
tatem regni nostræ gloriae per hujus nostræ præceptionis
serenissimam jussionem, ut daremus pro animæ nostræ re-
medium, sicut & concedimus vobis, villas quas nuncupant
Paratella, alio variolo cum illa villa nuncupata *Villa Epis-
copi*, *Villa Toletanos* cum alias Villas: Villa *Gaton* circa
Paratella: alia Villa *Abelacet*, & est ipsa villa inter Para-
tella & Toletanos. Damus vobis ipsas villas per terminis
suis, per fonte de Genestales, inde per Capara, inde per ter-
mino de Sancto Verissimo inde ad vallem de Petrafita, & fi-
get se in calzata majore, sicut eas obtinuistis de nostro da-
to cum omnes adjacentias & præstationes suas ab omni inte-
gritate. Ita ut qui ibi venerint ad habitandum securi per-
maneant, sicut ceteri populi habitatores loci ipsius, pro-
expiationem delictorum nostrorum, & ut ante Dominum no-
bis ex inde mercis eveniat copiosa. Ordinamus eas vobis pos-
sidere, & qui post vobis ipsum locum, & Episcopatum ob-
tinuerint per hanc testationem nostræ, & pro nobis semper
orare non pigeatis, qualiter vel villas jam dictas securi
pos-

possideatis ævo perheni, & nos ex inde mercedem adquiramus, ut in die examinationis ipsam virginem Patronam habeamus, & ob auditu malo non timeamus, sed mereamur audiri vocem dicentem: Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi. Si quis suprataxatio nostra ad irrumendum venire conaverit, tunc veniat super eum maledictio & detestatio, quam scripta est in libro Moysi servi Dei, ingnibusque ultricibus cremetur, & cum Juda proditore lugeat poenas in æterna damnatione, & pro temporali damno pareat post partem eidem Ecclesiæ quantum auferre temptaverit in duplo, & vobis perpetim habitura. Facta Kartula testamenti sub Era MXXII. & die VIII. Kals. Maii. Beremundus Rex nutu divino conf. Gundisalvus Beremudiz conf. Ecta Sarraceniz conf. Garsea Fernandiz conf. Arramelle Alvariz conf. Rodericus Didaz conf. Lop Telliz conf. Ruderigus Nuniz conf. Sexnandus Nuniz conf. Pelagio Menendiz. Sub Christi nomine Gudesteo Ovetense Sedis Epo. Nutu divino ajutus Excemenus Astoricense. Sub Dei auxilio Armentarius Lucense Sedis. Cum divina virtus Pelagius Iriense Sedis. Froila Vimarediz qui & Armiger Regis. Munio Fernandiz. Hecta Grastemiriz conf. Pelagio Ruderigdiz conf. Flaginus Munioni conf. Ovecus Bivarediz conf. Ruderigus Romaniz conf. Gundisalvus Menendiz conf. Pelagius Erotiz conf. Rudericus Didaz. Emeterius Abba & Confessor. Hilal Abba conf. Osorius Joannes conf. Andreas Pibr. conf. Osorius Frolaz conf. Beremundus Diaconus.

XXIII.

Idem Veremundus^{II} audita expostulatione Savarici Episcopi Legionensis super plures villas Ecclesiae S. Mariæ ab antiquis Regibus concessas & a Comitibus & aliis contra jus retentas, eidem Ecclesiae confirmat.

Anno 985.

Ambiguum esse non potest, sed plerique hominibus creditum patefactum est, in praesentia Dominissimi Beremudus proli serenissimi Principis Domni Ordonii divæ memorie, residente in solio ad Cathedra sua cum omnem totam Palatii sui, filii bene natorum, & Pontificum multorum, id sunt, Viliulfus, Sebastianus, Virmundus, Armentarius, Salamoni, Petrus simul & Pelagius, quorum concilio adducnatum Judicium & Abbatum: Ego quidem Sabaricus Episcopus, nec merito dignus Legionense Sedis Sanctæ Mariæ semper Virginis, & Sancti Cypriani Episcopi & testis dixi coram populo in conspectu Regis, & feci querimoniam apud Gomez Didaz, & aliorum qui regebant ipsas villas: & dixi: Tu Domine mi Rex, audiat me clementia vestra, & adjuvante pietate & misericordia vestra, eo quod in tempore avorum & parentum vestrorum Reges Gothorum concesserunt Villas prænominatas, Fonte de Capellas, Vobata, (ipsas Villas ab integro secundum in plurimis Scripturis vel agnitionibus resonant) neconon & alias Villas in Campus Gothibus, id sunt: In Berrox, Ratores, Romeses, S. Maria. Item & alia S. Maria in Aratoi, subtus Castro de Acebal: in ribulo de Zeja Monasteriolo S. Jacobi Apostoli, & S. Stephani primi Martyris, & alias Villas; id sunt, Zancos ex integro, Castro viride, Villa Carlon, Quintanelia, Villa de Abduz:

In

In valle Matrigal , Castro Baboz , Veiga , Castro terra : In valle major Fiçtilones : In Auteros de Rege villa de Sinda , Gundesindus , Rebollare , & Villanova: in Paiolo Sancta Martha , Villa Exone , Relignos , Cornelios , Villa-Marco , Villa-Edam , & valle de Asnarios cum suas Villas , valle de Ratario cum suas Villas , id sunt , Villa Velasco , Sancta Maria , Villa de Egas , Villa Rebelle , Perales , Villa Mahamudi , Galleguelos , & Caidos : Istanas villas ab omni integritate , & oinnes habitantes in eas per locis & terminis suis antiquis , secundum in Scripturas priores resonat , secundum eas concesserunt omnes Reges & Comites pro animabus suis : & qui Dominum timuerunt post partem S. Mariæ , & tenuerunt ipsas villas ex integras omnis Episcopi , qui presulatum habuerunt in ipsa Sede usque obitum Dominissimi Principis Ranimiri juniori , proliis Regis Sanctioni . Post discessum vero illius intraverunt Comites & homines , qui non habebant dominium in ipsas villas per vim , & tulerunt jure de ipsas villas , & de oinnes habitantes in eas usque modo . Dum autem vidit Rex ipse , quod Pontifex jam supradiicto Domno Sabarigo cum querimonia secundum supra taxatum est , & plenissimam esse veritatem à parte gloriose Sancte Mariæ : igitur Princeps noster & Dominus dum talia vidit , vel audivit , ille enim vero pietate motus , maluit hanc seriem agnitionis vel confirmationis conscribere de oinnes ipsas villas ad partem Ecclesiæ Sancte Mariæ , quod ita factum est , & Deo juvante completum : & ideo Beremodus in regno fultus , annuit namque serenitatis nostræ gloriæ , ut faceremus , sicuti & facimus Cartula agnitionis , donationis , vel confirmationis de oinnes ipsas villas superius nominatas , & oinnes in eas habitantes , ut stent sanas & quietas , & integras à parte almæ Dominae nostræ Virginis Mariæ , & Sancti Cypriani Episcopi & Martyris , sive & ad partem Domno Sabarigo Episcopo Cathedralis loco ipsius succendentium , & cum Monachis & Clericis ibi Deo militantium atque psallentium , ob remedium animæ nostræ , quod ante Deum mereamur inveniri . Hæc series Donationis obtestamur , & gratanter animo confirmamus , ut oinnes Monachi , pauperes & pe-

regrinos hospitum advenientium, de hunc donum nostrum vel concessum sustentationem habeatis, & pro omnibus orare non pigeatis, qualiter pro vestro digno precato mereamur mundari à proprio delictoque peccato Amen: Ita ut amo-
do, & deinceps sic ordinamus atque decernimus, ut stet cuncta omnia à parte Ecclesiae ex integra, secundum jam meminimus, & supra resonat. Quod & jurationi confirma-
mus: quod si aliquis Comes aut quislibet homo vivens in
sæculo, hunc votum vel factum nostrum iñfringere temp-
taverit, aut in ipsas villas jam nominatas aliquam distur-
bationem facere voluerit, imprimis sit Deo reus & à Sanc-
tis Angelis ejus, vivens suis à fronte ambobus careat lu-
minibus, postquam picea non evadat barathri pœna, &
cum Juda Domini proditore lugeat pœnas in eterna damp-
natione, & insuper conferat post partem Ecclesiae dupla-
tum vel triplatum, quantum ausus fuerit defraudatum, &
solvat à parte regia duo auri talenta, & hanc series do-
nationis vel confirmationis plenissimam esse in omni robore
ac perpetua firmitate. Notum die XVI. Kals. Decembris
Era MXXIII. Beremudus nutu divino, & ingenti Regno ful-
tus conf. Sub Christi nomine Viliulfus Episcopus conf. Sub
divina virtute Sebastianus Episcopus conf. Beremudus Epis-
copus. Armentarius Episcopus. Salamonis Episcopus. Pelagius
Episcopus. Petrus Iriense Sedis Apostolicæ Episcopus. Fre-
denandus Flainiz. Ennegus Azenariz conf. Gudesteus Menin-
diz conf. Munius Garseani conf. Ablabel Gudesteoz conf.
Garsea Gomiz. Gutier Garbiseu. Guterrius Nunniz. Suarius
Gudestediz. Suarius Eroni. Titohn Arbaldiz. Suarius Gute-
riz. Xemenus Xemeniz. Didacus Romaniz. Petrus Diaconus
notuit.

XXIV.

Idem Veremundus Sedi Sanctæ Mariæ de Regula concedit Ecclesiam S. Christophori in suburbio Legionensi, quod Trabalium dicebatur.

Anno 985.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis in cuius honore constructum est Regula in Sedis Legionense vocabulo Sanctæ Mariæ semper Virginis, nobisque post Dominum fortissimum Patrono Sanctæ Mariæ nos famuli tui Beremundus Princeps nutu divino & in regno fultus, & Belasquita Regina devote offerimus atque concedimus sacrosancto altario vestro pro sustentationem fratrum Monachorum vel etiam hospitum ibidem advenientium, seu luminaribus jugiter incendendum, damus namque ibidem in primis Ecclesiam vocabulo Sancti Christophori, qui est fundata suburbio Legionensis in loco prædicto *Trabalio* juxta ribulo Bernisga, & fuit ipsa Ecclesia de Hero Presbyter, quod continuit ea ipsa Ecclesia cum tota ipsa hereditate de ipso Hero Presbytero vobis concedimus pro remedio animæ nostræ, & in fuga fuit ipse Hero Monacho propter scelus fornicationem, & propter homicidium quod fecit, & da nobis licentiam, ut ipsa Ecclesia, & ipsa hereditate dememus nobis.....Monastica pro remedio animæ nostræ ad Regulam Sedis, vineas pomiferas terras ruptas, vel barbaras, exitum & recessum, aquis aquarum, & sessicas molinarum, ita dumtaxat filio Episcopi, qui post eum successor stiterit in vita scilicet sancta perseverans, & secundum Regulam Beati Benedicti recipiens vivens atdijat ista si contineat, & pro nobis Episcopi Monachorum fratrum orare non plegeat. Amonemus igitur quisquis post nos success-

